

## de discretione.

106

Ego autem propter ieiunium non abij sed erubescam quia mandatum tuum non fecerim cogitans quia ratione habet non preceperas Ille autem respondit Pres seniores non loquuntur ab initio fratribus recta sed magis distorta et si viderint quia ea que torta sunt fatiunt iam eis non loquuntur nisi quod expedit agnoscetes quoniam in omnibus obedientes sunt. **Ca. xij.**

**I**nterrogavit eundem abbatem Pastorem abbas Ammon de immundis cogitationibus quas cor hominis generat et de vanis desideriis et dixit ei abbas Pastor Numquid gloriabitur securis sine eo que incidit cum ipsa Et tu ergo non eis porrigas manus et otiose erit Interrogavit eundem sermonem abbas Mayas Dicit ei abbas Pastor Sicut capsula plena vestibus si dimissa fuerit tempore longo putrescunt vestes in ea ita sunt et cogitationes in cordibus nostris Si non fecerimus eas corporaliter tempore longo exterminantur aut putrescunt.

**Ca. xiii.**

**D**ixit abbas Pastor Non habites in loco ubi vides aliquos habentes aduersus te zelum quia non ibi proficies. **Ca. xv.**

**F**rater interrogavit abbatem Pastorem dicens Perturbatio in fit et volo derelinquere locum istum Et dixit ei senex Pro qua causa Et ille dixit Quia audio verba de quodam fratre que me non edificat Et dixit ei senex Non sunt verba que audisti Et ille dixit Etiam pater rex est Nam frater

qui dixit in fidelis est Respondit senex et dixit Non est fidelis qui dixit tibi Nam si es fidelis neque quod diceret tibi talia Deus enim audiens vocem sodomorum non credit non descenderet et videt oculis suis Et ille dixit Ego vidi oculis meis Hec audies senex respexit in terram et tenuit puam festucam et dicit ei Quid est hoc Et ille respondit Festuca est At ite intendit senex ad cellule tectum et dicit ei Quid est hoc et ille ait Mares maior que portat tectum Et dixit ei senex Pone in corde tuo quia petra tua sic sunt sicut trabes hec illius autem fratris de quo loqueis velut haec puca festuca Audies autem abbas Sysois hunc sermonem ammiratus est et dixit In quibus beatum fatio abba Pastor Verumptamen velut pretiosus lapis ita verba tua gratia et gloria plena sunt.

**Ca. xvi.**

**A**bijt quidam frater aliquando de monasterio abbatis Pastoris peregre et applicuit ad quendam solitariam Erat enim ille homo cum omnibus caritate et multi venerant ad eum Nuntiauit autem ei frater ille quidam de abbate Pastore Qui audiens virtutes animi eius desideravit eum videre Cum autem reuersus esset ille frater in Egyptum post aliquantum temporis surgens supradictus solitarius venit cum peregrinis in Egyptum ad eundem fratrem qui prius applicuerat apud ipsum Dixerat enim ei ubi maneret Videns autem eum ille miratus est et valde gauisus Dixit autem